

Kc
3008



Vol. 24.



9
Q. D. B. V.
REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
DISPUTATIO UNDECIMA,
DE
OBLIGATIONIBUS
EX PRIVATIS & QVASI-
DELICTIS,

Ex Tit. 1. 2. 3. 4. 5. Lib. 4. Instit. Jur.
THESES XXXIIX. Continens;

QVAM
AUCTORITATE ET PERMISSU
MAGNIFICI IURISCONSULTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,
PRÆSIDE
DN. MARCO RHODIO, J.U.D.
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.,
DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO
ÆTATEM DEVENERANDO,

IN ACROATERIO JURIS-CONSULTORUM

Ad diem IV. Decembr. An. M. DC. LXXXIV.


Horis matut. solitis

Publicè defendet

SIMON PETRUS WEYSIUS, Spirens.
AUCTOR ET RESPONDENS,

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPELII, Acad. Typ.

G. D. B. V.
REPETITIONUM COLLEGI
AD IUSTITIAE IMPERIALIS
DISPUTATIO UNDECIMA
DE
OBLIGATIONIBUS
EX PRIVATIS & QUASI-
DELICTIS
AUCTORITATE ET PERMISSU
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRI HAC UNIVERSITATE WINDOBENSIS
PRAESIDE
DR. MARCO RHODIO. I. U. D.
COD. IUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.
DOMINO PATRONO ac PROMOTORI SUO
STATUM DEVERBIS
IN AGRICULTURA JURIS-CONSULTORUM
HABITANTIS
TABULAE DEFENSOR
STATION PETRIUS WYTHUS SPICERUS
AUCTOR ET RESPONDENS
Hanc cogniti a d. Oberst, Typis Joh. Cornetti, A. 1817.



L. D. B. V.

REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTIT. J. IMPER.
DISPUTATIO UNDECIMA.

Ingressus.

LXpositis Obligationibus, quæ ex Contractibus vel Quasi-Contractibus nascuntur, in Institutionibus suis illas sequi commodum Imper. Justiniano visum, quæ sunt ex Privatis Delictis & quasi-Delictis. Delicta interim latiore in conceptu intelliguntur esse, admissa contra Legem, quibus alteri male fit, aut nocetur, ratione vel facultatum aut Bonorum ejus, vel Personæ quoque, corporis videlicet & honestioris Existimationis. Publica quidem alia, quibus salus Rei Communis integer læsus; alia privata, quibus Civium duntaxat unus vel alter læsus censetur, audiunt: Non verò de illis mihi jam; sed hisce unice agendum. Quæ damnum alicui dum inferunt ex Dolò & perversâ nocendi Intentione, propria: Dum Culpâ immediate, quoad Corpus aliquod, etiam adhuc propria: At

A 2

si

si culpâ demùm mediatè, sive quoad certum corpus, sive aliò modò, impropria & Quasi-Delicta appellantur. Ex iis Obligationes quæ nascantur, cùm primis *Tit. 5. priores L. 4. Inst. 1.* per Compendium ostendunt. Atque hi cùm mihi suppetaverint sequentes Theses, locò Disputationis publicæ: DEUM O.M. ut benedicat operæ, indefessis Precibus invoco. Benevolum verò Lectorem simul, ut studio isti meo favere haud dedignetur, quâ par est Animi Contentione obtestor.

THESIS I.

Obligationes ex Delictis sunt ex re ipsâ, seu ex ipsò Maleficiò *a*: Non autem ex consensu Delinquentium in Pœnam, seu ex Contractu quòdam *b*.

(*A.*) *Pr. 7. de Obl. quæ ex Del. nasc. (b) arg. L. Inter. 83. §. 1. ff. de V. O. M. D. Becman, Med. Pol. C. 15. th. 21. Justus, Sinold, Schutz. ad Instit. Just. Diss. 18. th. 2. Giphani. in L. 4. de O. & A. n. 3.*

DISS., quoad prius, Bachov. in Comm. adh. pr., quoad posterius. Grot. de Jure Bell. & Pac. L. 2. C. 20. n. 3. Schneid. ad 7. de Obl. ex Del. init. Hilliger, Donel. Enucl. Lib. 15. Comm. 23. L. B. Struv, in Jurispr. Rom. Germ. Foren. L. 3. Tit. 23. §. 1.

II.

Furtum est Contractatio fraudulosa, Lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam Usûs ejus, Possessionisve; Quod Lege naturali prohibitum est admittere.

S. r.

§. 1. J. d. t. L. 1. §. ult. & L. 54. §. 1. ff. de furt. Vid.
Brandmylleri Manud. ad Jus Can. & Civ. p. 117.
NON OBST. C. Fortè aliquis. 14. Q. 5.

III.

Est itaque hoc Delictum contra Jus Naturæ, seu contra ipsum Dictamen rectæ Rationis; Licet ejus Existencia præsupponat Jus Gentium.

§. 1. J. d. t. conf. L. 206. de R. J. Grot. de Jur. Bel. L. 1. C. 1. th. 10. n. 4. Köppen, in Ufu pr. Inst. L. 2. Obs. 67. n. 3.

IV.

Qui rem alienam invito Dominò, ut putat, contrectat; si Is id fieri patiatur, ratione sui quidem furtum committit c: sed quoad Effectus Juris Civilis impunitum d.

(c.) L. 46. §. pen. ff. de furt. arg. L. 18. §. 3. ff. de Inj. Taubm. Col. Inst. Disp. 17. ad tit. 1. memb. 4. §. 5.

(d.) §. 8. J. d. t. M. D. Stryk. Tr. de Jur. S. Disp. 10. C. 6. n. 49. & 50.

V.

Rei etiam suæ furtum facere quis potest e. Non verò Furti Crimine attaminat Animum, qui injustò Bellò in Potestatem Hostium redactus res suas deducit f.

(e.) §. 10. J. d. t. L. 19. §. pen. ff. de furt.

(f.) Grot. JB. L. 3. C. 7. th. 6. n. 4. arg. L. 19. & 26. de Capt.

VI.

Pœna laquei hodiè furibus justè inferitur.

P. H. O. art. 162. & ibi in Comm. Blumbl. p. 344. n. 2. M. D. Becm. M. P. C. 15. th. 17, 18. Sinold. Schutz. Ex. Jur. Disp. 18. th. 9. p. 281.

DISS. vid. Köppen. Usupr. J. L. 2. Obs. 71. & ibi citati n. 6. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 30. th. 3. lit. I.

VII.

Exactor Tributorum exigens, quod non debebatur, furtum committit.

arg. L. 8. C. de Furt. ad eam B. D. Brunnem. p. 662. NON OBST. L. 55. de Adm. Tut. L. 2. C. ex quib. caus. infamia.

VIII.

Furtum factum tempore Necessitatis ad vitæ Conservationem, criminaliter vindicandum non videtur; cum vix furtum sit dicendum,

Arg. L. 2. §. 2. vers. Itidem ff. ad L. Rhod. de fact. Grot. L. 2. C. 2. th. 6. Schutz. c. 1. th. 6.

DISS. Berlich. P. 5. C. 44. n. 44.

NON OBST. art. 166. P. H. O.

IX.

Tabellarius cui Sacculus pecuniæ conclusus & obsignatus perferendus datur, istum retinens, ex Dd. Opinione furtum committit. Sed hoc etiam verum est,
si

si pecunia ipsi tantum sit annumera-
ta.

*Arg. L. 7. C. de furt. Latè Gerhard. Exerc. Just. Dec. 17.
Q. 3. Brunnm. ad d. L.
DISS. quoad ult. Jason. & alii in L. Ejus Qui. §. Quas
verò. Si cert. pet.*

X.

Saccularii itidem ut alii fures supplici-
um ex art. 162. Const. Car. sustinere debent,
si Circumstantiæ debitæ concurrant.

*Arg. L. Saccularii. 7. ff. de Extraord. Crim. M. D. Stryk.
Dis. de Saccul. in vol. 1. C. 4. n. 23. Nec dis. D. Brunnem. ad
Wes. Tit. de Effract. & Exp. Qu. ult.*

XI.

Impubes Furti non tenetur, nisi pu-
bertati proximus. Qui etiam Circum-
stantiis gravantibus criminaliter puni-
tur.

S. 18. J. d. t. P. H. O. art. 164. ibi Blumblacher.

XII.

Fur si rupto, sine Culpâ Carnificis,
Laqueo de Patibulo decidat, per Æqvita-
tem denuò suspendi posse sine ulteriori
Inquisitione, non videtur.

*Arg. L. 32. ff. ad L. Jul. de adult. Köppen. c. L. O. 73.
n. 2. Gerhard. Dec. 17. par. Q. ult.*

XIII. In

XIII.

In Raptores dabatur Jure Civ. Actio Prætorialis *g.* Sed hodiè eis dicitur ultimum supplicium. Quod iis ob unicam rem raptam propter Reip. Securitatem justè infertur *h.*

(*g.*) Pr. *f. de vi bon. rapt.*

(*h.*) P. S. O. art. 126.

XIV.

Qvi rem suam, ^{ratus} Imprudens Juris, raperit; absolvitur quipem Actione de Vi bon. rap.: Sed rei suæ Dominio cadit, & *aliena* insuper Æstimationem restituit; Cùm nemo sibi debeat ipse Jus dicere *i.*

g. i. f. c. t. Hunn. Res. Var. Jur. C. L. 4. Tr. P. 1. Q. 1.

(*i.*) NON OBST. L. 48. aut. 55. de furt. &c.

XV.

Alienas Ædes ob furti justam suspicionem hodièqve Decretò Judicis perquirere licet *k.* Ob publicam Utilitatem etiam nullis extantibus Judiicis perquirendi facultas concessa *l.* Sed fit hodiè utrumqve per Executores *m.*

(*k.*) arg. L. 1. pr. ff. de Quest. l. 105. R. I.

(*l.*) Arg. L. Quosdam. C. de Metall. Lib. 11.

(*m.*) Gerh. Ex. *f. Dec. 17. Qu. 4.*

NON OBST. *§. Conceptum. f. de Obl. q. ex Del.*

XVI. Qvi

XVI.

Qui Latronem, seu Aggressorem quemvis, sub Moderamine inculpatae Tutelae occidit, non tenetur ex L. Aquilia n. Princeps tamen hoc Colore non potest in Invasione occidi o; ob causam universaliorem.

(n) §. 2. J. d. & L. Aq. L. 3. de J. & J.

Richter Dec. 2.

(o.) vid. Grot. J. B. L. 2. C. 1. tb. 9.

DISS. inult. Richter. Dec. 21 n. 4. p. 40. Vasq. L. 1. Cont. ill. 18. n. 10.

XVII.

Virgo, quae aliter Periculum stupri effugere non potest, impunè Invasorem occidit p. Meliùs tamen facit secundum Conscientiam, si Cæde abstinet q.

(p.) Arg. §. 2. d. 1. L. 9. pr. ff. de manum. vind. L. 8. §. 2. ff. Quod met. caus.

(q.) M. D. Becman. D. M. C. 9. tb. 11. p. 157. Molin. Tom. 4. Tr. 3. Disp. 17. n. 11.

XVIII.

Actio Legis Aquiliae Dolum & Culpam complectitur r. Sed ob Culpam Damni Supplicium non irrogatur, sed delinquens, Liber à L. Corneliae ordinaria Pœnâ, arbitrariè punitur s.

B

(r) §.

(r.) §. 3. §. eod.

(s.) Arg. L. 1. §. 1. ff. de Effr. & Exp. & L. 1. §. 3. ad L. Corn. de sic. Schneidwin, ad Inst. d. l. §. 2. n. 11. M. D. Stryk, Diss. de Incend. Cas. Pos. 2. §. 19. & Mynsing. sing. Obs. Cent. 6. O. 88. n. 9. fin.

XIX.

Autor rixæ, seu tumultûs, in quo Unus, sed ab Alio, occisus, non videtur posse supplicio Capitis puniri.

Arg. L. Sancimus 22. C. de Pœn. D. Brunnem. ad L. Quoniam. C. ad L. Jul. de vi pub. n. 4

NON OBST. L. Quoniam, 6. C. ad L. Jul. de vi pub.

XX.

Qui alterius herbas, aut flores aut arbores radicitûs evellit, & corumpit; nocendi, non lucrifaciendi Animô: Aquiliæ, non Furti Reus est.

Arg. L. 27. §. 25. ff. ad L. Aq. & L. 7. §. 2. ff. Arb. furt. cas.

XXI.

Si quis Vicini sui Ædes diruit, Incendii arcendi causâ, non tenetur L. Aquiliâ t. Vicinô tamen communibus sumtibus Restitutio u, ex æquitate w facienda.

(t.) L. 49. §. 1. ad L. Aq.

(u.) Arg. L. 1. & 2. pr. & 3. de L. Rhod. Schutz, ad Inst. Diss. 18. tb. 16.

(w.) Arg. L. 2. §. 5. ff. de Aq. pluuv.

NON

NON OBST. à Treutl. Vol. i. Diff. 18. th, 8. allegata L. 7.
§ 4. ff. Q. vi aut clam.

XXII.

Si quis pecus in agrô suô deprehendisset, illud, ac si suum esset, expellere debet, quoniam de Damno Actiones habet x. Si autem ignoret ejus Dominum; Tunc tantisper retinendum, donec de eô constiterit y.

(x.) L. Quintus. 39. §. 1. ff. ad L. Aq.

(y.) Hen Bessels. Diff. Dec. ad Jus ff. Vol. 1. Diff. 13. p. 261. Schutz. ad Inst. Diff. 18. th 13. Conf. etiam Gronw. tr. d. LL. abrog. add l. 39. it. Mev. p. 1. D. 34. n. 13.

XXIII.

Imperitia Culpæ annumeratur z, & eâ damnum datum L. Aquiliâ coërcetur. Jcti autem & Advocati malè consulentes hâc Actione non tenentur; sed datur contra Eos Actio in factum a.

(z.) §. 6. & 7. §. de L. Aq.

(a.) arg. §. fin. h. t. L. 33. §. fin. ff. eod.

DISS. Köppen. L. 2. Obs. 75. n. 11.

XXIV.

Injuriam faciunt hi qui doli sunt capaces. Eximuntur itaqve Infantes, Infantix proximi Furiosi b; profundè Ebrii, aut valdè Irati c. Non autem modicè tantum Ebrii aut Irati. Quia in his deest prior Ratio.

B 2

(b) L.

(b.) L. 3. §. 1. ff. de Inj.

(c.) arg. L. 11. §. pen. de Pœn. L. 7. ff. de Re mil. L. 48. ff. de R. I. 1. L. un. C. si quis Imp. mal.

XXV.

A Magistratû potest inferri Injuria d. Immo etiam à Ministris Verbi Divini e, Officiô suô abutentibus.

(d.) L. Magistratibus 32. ff. de Inj.

(e.) R. J. de an. 1530. §. 55. fin.

XXVI.

Si quis per Contumeliam Cœco Cœcitatem, aut Lusico, Claudio vel Unoculo deformitatem suam objecerit, tenetur Injuriarum.

Arg. §. 1. J. d. t. verb. Convitium. L. 3. §. 1. ff. eod. vers. cum enim. Gail. L. 2. Obs. 99.

XXVII.

Filius, qui Egenum Patrem non alit, atrocem in Eum committit Injuriam.

Arg. L. 4. ff. de agn. & al. Lib. Vitalis de Cambanô in Tr. Claus. p. 621. n. 64.

XXIIII.

Nihilominus Injuriarum agitur, licet quis præmissa Protestatione & Præfatione Honoris, in Convicia erumpit f. Nam Protestatio Actui contraria nil operatur g.

(f.) Gail. L. 2. Obs. 101. Arum. Ex. 17. th. 16. Riemer. Qu. Jur. Ill. Dec. 12. Q. 9. Conf. Faber. Duarenus & c.

(g.) arg. L. 21. pr. ff. de acq. vel am. her. vers. Nam admissum.

XXIX. Qui

XXIX.

Qui in Judiciô excipit contra testes, quòd sint Infames, Perjuri; Raptores, Actione Injuriarum tenetur *b.* Verùm si sit Judicium Sangvinis, teneri non videtur *i.*

(*b.*) *arg. L. 31. C. de Liberal. causa. Clar. 5. Sent. Q. 53. n. 4.*

(*i.*) *arg. L. 1. ff. de Bon. eor. qui mort. sibi consc. L. 18. C. de Transact. Gerh. Ex Dec. 17. Q. 9. & ibi allegati.*

XXX.

Injuriarum agunt ii, qui vel Ipsi Injuriam patiuntur, vel quibus per suos illata est Injuriam. Itaq; pro Uxore agit Maritus *k.* Uxor vero pro Maritò non agit, nisi Injuria Ei obiecta Ipsam quoque directò contingat *l.*; Ut, si Maritus vocetur Cornutus.

(*k.*) *§. 2. 7. de Injur.*

(*l.*) *arg. L. 5. C. de his qui ac. pos. B. D. Brunnem. ad Wes. tit. de inj. Q. 13. M. D. Stryk. ad cit. §. 2. & D. Hopp. ad Inst. h. t. Qu. 15.*

XXXI.

Actio ad Palinodiam est Civilis, non Criminalis; Cùm nec Pœnam Corporalem inferat, nec fisco aliquid applicet; Sed tantùm famam, seu Honoris Æstimationem veluti restituat.

Riemer. in Qu. ill. Dec. 12. Q. 10. & allegati Mynsing. Gail. Græven. Hoënon.

DISS. Maranta Spec. P. 4. Dist. 1. n. 17.

B 3

XXXII. Ex

XXXII.

Expirat etiam per Retorsionem *m.* Sed quamvis Principes sibi invicem possunt reverâ Injurias & Convitia inferre: Retorsio tamen, utpotè remedium Juris Civilis, ipsis prorsus in conveniens est *n.*

(*m.*) Gail. L. 2. Obs. 100. n. 9. Köppen. L. 2. O. 82. n. 5.

(*n.*) arg. L. 31. ff. de LL.

XXXIII.

Injuriâ Actio expirat Dissimulatione *o.* & Pactis *p.* Etiam Morte Injuriati & Injuriantis, etiam ante Litem contestatam *q.* Pacto autem non tollitur simul actio ex L. Aqv. ob damnum ex injuriâ natum, nisi hoc expressum *r.*

(*o.*) §. fin. Inst. de Inj.

(*p.*) L. 11. §. 1. ff. de Inj. M. D. Stryk. Jur. Sens. Dis. 9. Cap. 4. n. 4.

(*q.*) L. 28. ff. de Injur. it. §. 1. in fin. de perp. & temp. act.

(*r.*) arg. L. 21. ff. de Serv. urb. præd. Mynsinger. Cent. 4. Obs. 10. n. 1.

XXXIV.

Judex ex Imperitia malè judicans arbitrariè punitur.

Pr. 7. de Obl. quæ quæ ex Del. L. fin. ff. de Extraord. Cogn. M. D. Præses in Disp. de Jud. Litem suam fac. C. 4. §. 14.

XXXV.

Cicatricum nulla est compensatio *s.* Sed hoc videtur limitandum in fœminis innuptis *t.*

(*s.*) L. fin. ff. de his qui effud. vel Dej.

(*t.*) Gomez. V. R. 3. c. 6. n. 12. Add. Gronweg. de Legib. abr. ad d. l. fin. ff.

XXXVI. Ubi

XXXVI.

Ubi nocte iter fieri non solet, Actio ces-
sat de Effusô.

Arg. L. pen. ff. d. h. q. effud. ibiq; Gothofr. L. a.

XXXVII.

Qui expendit signum Diversorii aut Cau-
ponæ, tenetur invitus quoq; Hospites recipere.

Arg. L. un. §. 6. vers. nec repellere. ff. Futi advers. Navt. & c

XXXVIII.

Si Caupo ab Hospite Cistam sigillatam
receperit, & Hospes abiturus dixerit, sibi quæ-
dam ex eâ deesse, Juramento ejus super re-
bus amissis non credendum, nisi Cista dissi-
gillata & aperta restituatur.

*In L. in Actionibus §. 3. ff. d. in Lit. jur. Jason. Schneid.
ad §. fin. §. de Obl. ex qv. Del. n. 6.*

*NON OBST. l. 1. §. 26. ff. Depos. Conf. Struv. ad ff. Ex. 8.
th. 109.*

Ad DISPUTATIONEM & COGNOMEN

Pereximii ac Nobilissimi Dn. Auct. & Resp.

Privata jam Delicta tangit W E Y S I U S,
Unâ Quasi-Delicta chartâ persequens.
Sapientiâ quî non quasi; sed nobili,
Hinc præditus sit W E Y S I U S, cognoscitur.
Cognoscitur, ceu nominis, sic omnis
Non esse disparis, probare nec mala,
Privata sint hæc, vel Quasi, vel publica.
Mens illa voxque digna summâ Gloriâ!

Ita allus. gratulabundus Disp. Ejusd.

PRÆSES.

SCandit ad Astra Poli, quò mi non charior alter,
WEYSIUS; Ingenii portio magna mei.
Nomen & Omen habet. Juris dum dogmata tractat
Doctè: Sic Sapiens Jure vocandus erit.

*Hisce paucis animum suum erga Nob. Dn.
Resp. Amicum inter paucos dilectis-
simum contestari debuit ac voluit*

O. VV. Sturm,

TE numerosa manet laus & pulcherrima Virtus,
Ingenii reddis qui bona signa tui.
*Hinc Virtutis iter felix procedere perge,
Et capies studii, commoda magna, tui.*

*His paucis de egregiò studiorum speci-
mine Amico suo gratulari voluit*

Theodorus Thülmeierus.

PRæmia magna manent, operam qui collocat arti,
Et musas cura fervidiore colit.
Sic quoque Te celsum pontem qui scandis, Amice
Præmia sudoris gloria lausque manent.

*Hæc amoris contestandi gratia
apposuit.*

F. VV. Vorstius,



Kc 3008

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

ULB Halle 3
006 374 700


1077
[Handwritten signature]





Q. D. B. V.
REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
DISPUTATIO UNDECIMA,
DE

OBLIGATIONIBUS EX PRIVATIS & QVASI- DELICTIS,

Ex Tit. 1. 2. 3. 4. 5. Lib. 4. Instit. Jur.
THESES XXXIIX. Continens;

QVAM
AUCTORITATE ET PERMISSU
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,
PRÆSIDE

DN. MARCO RHODIO, J.U.D.
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.,
DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO
ÆTATEM DEVENERANDO,

IN ACROATERIO JURIS-CONSULTORUM
Ad diem IV. Decembr. An. M. DC. LXXXIV.
Horis matut. solitis
Publicè defendet

SIMON PETRUS WEYSIUS, Spirens.
AUCTOR ET RESPONDENS,

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPELII, Acad. Typ.

